



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.  
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate  
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In  
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

**LePrévost, Jean**

**Dvaci, 1629**

Qvæstio IV. De modo vnionis ex parte naturæ assumptæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

D V B I V M I.

*Vtrum qualibet substantialis natura completa possit assumi à diuina personâ?*

**S** THOMAS responsione ad 3. refert quosdam existinare Angelum non esse assumptibilem; qui, vt patet ex argumentis quibus nituntur, non intelliguntur solum de congruitate quasi sit minus congruum naturam Angelicam assumi, sed intelliguntur de omnimoda impossibilitate. Pro qua sententia refertur Albertus in 3. dist. 2. art. 2. sed passim reijcitur à Theologis; & merito. Cum Apostolus volens extollere charitatem Dei erga genus humanum dicat ad Heb. 2. *Nisquam Angelos apprehendit, sed semen Abraha apprehendit.* Quibus verbis indicat Deum potuisse naturam Angelicam sibi vnire, sicut vniuit humanam. Si enim eam nullo modo vnire potuerit, non potuit in eo charitas Dei erga homines commendari, quod neglecta natura Angelica illorum naturam assumeret.

Dices 1. suppositum & natura in Angelo non distinguuntur, cum ergo nequeat assumi suppositum, non potest etiam natura Angelica assumi.

Citantur aliqui, qui antecedente concessio negat conseq. verum omnino improbabiler: si enim nulla omnino sit distinctio inter naturam Angelicam & rationem suppositi, necesse est vt vno assumpto assumatur alterum.

Melius ergo negatur antecedens: quod confirmatur exemplo animæ rationalis, quæ licet sit spiritalis, distinguitur à sua subsistentia, cum vnita Verbo caruerit propria subsistentia.

Dices 2. si natura Angelica posset assumi; Angelus posset corrumpi, quod repugnat; cum Angelus sit incorruptibilis.

Resp. 1. ex S. Th. responsione ad 3. negando assumptum. Quia Deus potest creare naturam Angelicam, eamque sibi eodem temporis instanti copulare in vnitate personæ: quæ admodum factum est in assumptione naturæ humanæ.

Resp. 2. etiam si natura Angelica præexistisset in propria subsistentia, non ideo Angelum corrumperetur, cum non desineret esse per dissolutionem partium (quod ad corruptionem propriæ diciatur requiritur) cum careat partibus; neque etiam propriè dici posset destrui, sed solum dicendum esset naturam Angelicam mutare modum existendi: sicut accidentia; quæ ponuntur in Eucharistia sine subiecto, non dicuntur destrui, sed solum mutare modum existendi.

Supposito ergo quod natura Angelica possit assumi, & proinde omnis natura rationalis creata sit assumptibilis, Questio potissimum est de irrationali, quam aliqui censent non posse assumi, nisi dicat ordinem ad naturam rationalem. Quod posterius additur, quia negari non potest quin corpus assumi possit, cum reipso remanserit vnitum Verbo in triduo mortis. Ita sentit Henr. quodlibet 13 q. 5. Dion. Carthus. in 3. dist. 2. q. 2. art. 3. citantur & quidam alij de quibus tamen non ita constat.

Communior Theologorum sententia docet quamlibet naturam irrationalem etiam insensibilem esse assumptibilem. Teneat Scotus in 3. dist. 2. quest. 1. §. contra istud. Dur. eadem dist. q. 1. & communiter expositores S. Thomæ circa præsentem articulum, & alij tam antiqui quam recentiores;

E 3

quam

gulariter sufficit vnitas formæ vel suppositi. Hinc vt dicantur plures homines, requiritur vt sint plures humanitates & plura supposita; vt verò dicatur vnus homo sufficit si humanitas sit vna, licet supposita illam habentia sint multa, vel si suppositum sit vnum, licet plures naturæ illi vniantur. Conf. vt aliquid dicatur vnum sufficit aliquis vnus vel identitas, vt verò dicatur plura requiritur diuinitas & negatio vnionis.

ARTICVLVS VIII.

*Vtrum fuerit magis conueniens quòd persona Filij assumeret naturam humanam quàm alia persona?*

**A** FFIRMAT. Res est facilis. Plures cõgruentie videri possunt apud S. Th. hic Dam. lib. 4. de fide cap. 4. Anselmum lib. 2. cur Deus homo, & alios. Vna est quod mundus factus sit per Verbum tanquam per artem; vnde deuit per idem Verbum reparari. Altera est quod homo per peccatum appetierit Dei similitudinem, quem proinde deuit reparari per naturalem imaginem & sapientiam Patris, scilicet Filium.

QUESTIO IV.

*De modo vnionis ex parte naturæ assumptæ.*

ARTICVLVS I.

*Vtrum natura humana fuerit magis assumptibilis à Filio Dei quàm alia natura?*

**C** ONCLUSIO est affirmatiua. S. Th. solum vult fuisse magis congruum vt natura humana assumeretur quàm alia. Quia natura humana potest Deum attingere per operationem, scilicet cognitionem & amorem; & proinde ex eo capite magis congruit eam assumi quàm creaturas irracionales, quæ Deum nequeunt attingere cognitione & amore, neque possunt beneficium agnoscere.

2. Natura humana per peccatum corrupta indigebat reparatione; ex quo capite erat magis congruum eam assumi, quàm naturam Angelicam. Nam Angeli boni non indigent reparatione; peccatum verò malorum est irreparabile, vt ostenditur 1. partes ergo omnibus spectatis fuit magis congruum naturam humanam à Filio Dei assumi.

Potro cur potius natura humana sit reparata per Incarnationem, & id fuerit conuenientius pluribus congruentiis à varijs ostenditur. 1. est qua vti- tur Aug. Enchir. cap. 29. quòd tota natura humana lapsa sit per peccatum, minor autem pars Angelorum ceciderit. 2. quòd Angeli sua sponte ceciderint, homo verò seductus fuerit ab alio. Adde quòd singuli Angeli peccarint propria voluntate; homines autem voluntate Adam, in quo omnes peccauerunt. 3. quòd voluntas hominis sit magis mutabilis quàm voluntas Angeli. Vnde Angelus non est ita facilis ad penitendum.

S. Tho. Quidam sentiunt Angelum nullo modo esse assumptibilem.

Albert. Sed passim reijciuntur à Theologis & reijciuntur ex Hebr. 2.

Obiectio 1.

Responsio ali quorum impugnat.

Resp. Auctoris.

In Angelo non idem est suppositum & natura.

Obiectio 2.

Resp. 1.

S. Tho.

5.

Resp. 2. Non corrumpatur Angelus per assumptionem.

Questio procedit maxime de natura irrationali.

Quidam negant irrationalem esse assumptibilem.

Henr. Carthus.

6.

Communior affirmatiua, quæ & maior sequitur.

Durand.

Explicatur  
D. Thom.  
in speciem  
contrarius.

7.

Prob. ex  
Tertull.

8.

Occurrit  
obiectioni.

Greg. Nyss.  
Non suffi-  
cienter proba-  
tur ex Aug.

9.

Prob. ratio-  
ne.

Confirm. 1.

Quæ obij-  
ciuntur cō-  
tra assump-  
tionem  
naturæ irra-  
tionalis, æ-  
quæ obijci  
possunt cō-  
tra assump-  
tionem cor-  
poris hu-  
mani.  
Confirm. 2.

quam idem S. Doctor tenuit dist. citata q. 1. art. 1. & hic indicat. quamvis enim in fine corporis dicat, *underelinquntur quod sola natura humana sit assumptibilis*, & responsione ad 1. indicet quod irrationales creaturae non habeant aptitudinem ut assumantur, non vrget; quia solum vult negare aptitudinem congruitatis, non verò significare omnimodam impossibilitatem, seu omnimodam incapacitatem obedientialem, & in ordine ad diuinam potentiam: quasi dicat, quantum est ex conditione naturæ irrationalis, minus congruum est illam assumi; quod clarè tradit responsione ad 2. in fine, vbi negans solam congruitatem, tacitè admittit naturam irrationalem posse assumi.

Hæc sententia est omnino verior, quæ probatur ex Tertulliano lib. de carne Christi contra Marcionem cap. 4. dicente: *Si reuera de lupa, aut sue. aut vacca prodire voluisset & fera aut pecoris corpore indutus, regnum cælorum prædicaret, una, opinor, illi censura præscriberet? Turpe hoc Deo & indignum hoc Dei filio, & stultum propterea qui ita credat? si plane stultum si de nostro indicemus Deum, sed circumspecte Marcion, si tamen non delecti, stulti mundi elegit Deus ut confundat sapientes.* Vbi Tertullianus ostendit Dei filium potuisse assumere naturam irrationalem: neque id quidquam indecens & indignum Deo dicere (quod eo libro conatur ostendere) quamvis primo aspectu videatur hominibus indecorum.

Vnde soluitur argumentum, quod fieri posset, scilicet dedecere ut Deus rebus inanimatis coniungatur.

Respondetur enim quamvis id sit minus congruum, non tamen reipsa esse Deo indignum, neque aliquod absurdum continere; quemadmodum non fuit indignum quod in carne fuerit, alapis cæsus, flagellatus, suspensus, ut non propterea fuerit impossibile illum carnem mortalem assumere.

Pro eadem sententia citatur Nyss. oratione catechetica cap. 27. & Aug. lib. de vera religione cap. 16. Sed licet verba prioris efficaciter id probent, posterioris tamen non videntur efficacia, ut aliqui ostendunt, dicentes quod quando Aug. asserit Deum potuisse apparere in aliquo corpore æthereo ad nostrorum corporum tolerantiam temperato, non necessariò intelligat illud corpus hypostaticè assumendum, sed apparendo in illo sicut angeli apparuerunt in corporibus assumptis.

Prob. 2. natura irrationalis non minùs potest poni absque propria subsistentia, quam rationalis; igitur ex eo capite nihil obstat quò minus possit assumi: nihil etiam obstat ex parte diuinæ personæ, cum ea vim infinitam terminandi habeat; igitur ex parte neutrius extremi potest assignari repugnancia.

Conf. 1. in triduo mortis Verbum fuit unitum hypostaticè corpori inanimato. Nec refert quòd illud corpus dixerit ordinem ad animam; quia ordo ille nihil est præter entitatem corporis, & proinde debet dici quòd ipsum corpus secundum suam entitatem possit assumi; neque ordo quidquam ponit singulare propter quod possit assumi, non autem alia inanima; & omnia quæ obijciuntur contra alia inanima quò minus assumi possint, possunt etiam obijci contra corpus, ut patebit ex dicendis.

Conf. 2. non obstante illò ordine non potest id idè negari, quòd Deus potuisset conseruare

vnionem corporis cum Verbo numquam illud reuiniendo animæ; item non conseruando vnionem animæ cum Verbo. Vnde enim concludi potest necessitas vel reuiniendi animam corpori, vel destruedi vnionem sui cum corpore? cum Deus non sit minus potens corpus perpetuò separatim ab anima conseruare, quàm per triduum; & ex eo quod seruet vnionem corporis separati, non necessitetur seruire vnionem sui cum anima. Quòd si Deus id possit, cur non possit ab initio vnire sibi corpus, non vniedo animam; & cum non sit maior ratio corporis quàm aliarum rerum inanimatarum, sequitur quod etiam illas possit assumere.

Dices 1. resultans ex persona Verbi & naturæ leonis assumptæ, non posset dici persona leonis.

Resp. non esse necesse ut dici possit persona quæ subsistens in qualibet natura assumptibili, quia ratio personæ non dicit quodcumque suppositum, sed suppositum naturæ rationalis; connotat enim naturam rationalem.

Quamvis autem non posset dici persona propter defectum connotati, tale suppositum haberet id totum quod dicit intrinsecè ratio personæ: nam personalitas diuina isti supposito tribueret rationem suppositi leonis, idque absque vlla sua imperfectione; cum ratio constitutiva suppositi non differat à ratione personalitatis; nec intrinsecè dicat imperfectionem, quamvis eam possit connotare in natura.

Hæc omnia possunt confirmari in Corpore unito Verbo in triduo mortis: nam quod resultabat ex persona Verbi & Corpore unitis, non erat persona corporis; imò non fortiebatur rationem suppositi respectu corporis, cum ratio suppositi connotet naturam completam quam terminat; idque absque vlla imperfectione in ipsa personalitate Verbi; sed solum fortiebatur rationem sustentantis.

Quo casu ergo Verbum assumpsisset naturam irrationalem, fuisset quidem persona per comparationem ad naturam diuinam; tamen per comparationem ad alteram naturam, scilicet irrationalem, solum fuisset denominatum suppositum absque vlla sua imperfectione, propter solam conditionem naturæ assumptæ.

Dices 2. natura irrationalis non potest eleuari ad visionem & amorem beatificum; ergo multò minus potest Deo vniri hypostaticè, cum hoc posterius sit maius.

Resp. neg. conseq. patet inefficacia argumenti in corpore unito in triduo mortis, quod est incapax videre Deum. Ratio est quod non sequatur in disparatis & non subordinatis, qui potest maius, potest & minus; ut pluribus exemplis ostendi potest; homo potest ratiocinari, non volare, &c. Cum ergo videretur Deum & sustentari à persona diuina sint planè disparata, non sequitur qui potest posterius potest & prius. Ratio à priori est quod visio Dei sit operatio vitalis spiritualis, & proinde non potest proficisci ab aliquo non spirituali & non rationali. Nihil verò prohibet quò minus natura quæ huiusmodi operationes exercere non potest, possit alteri inexistere, & per consequens possit ab alio assumi. Cum ergo possit videre Deum & posse assumi oriatur ex capitibus planè disparatis, non sequitur eam naturam non posse assumi, quæ non potest eleuari ad Deum videntem; quamvis in natura rationali maior sit congruentia ob quam præ alijs assumi possit.

Dices

10.

Obiectio 1.

Resp.

11.

Licet eo casu non diceretur persona defectu connotati, tamen haberet totum quod dicit intrinsecè ratio personalitatis. Confirm.

12.

Verbum semper fuisset persona per comparationem ad naturam diuinam.

Obiectio 2.

Resp.

13.

In disparatis, qui potest maius, non necessariò potest minus.

Naturalis rationalis cur æquè eleuari non possit ad videntem Deum.

Dices 3. esse cuiusque est propter operationem. Resp. nihil inde confici posse. 1. quia natura humana in Christo non elicit diuinas operationes quamuis habeat esse personale diuinum, quod tamen esset asserendum, si quidquam ex argumento confici posset; neque corpus unitum in triduo mortis potuit habere vllas operationes propter unionem sui cum Verbo.

2. Quia axioma intelligitur de esse naturæ, & operatione illi commensurata; quasi dicatur, vnaqueque natura est propter operationem sibi commensurata & proportionatam, non verò intelligitur de esse personali, cui debeant operationes proportionari, vt ex dictis constat. Natura verò etiam irrationalis à Verbo assumpta posset habere operationes sibi proportionatas.

Dices talis natura non posset sanctificari. Resp. si per sanctificationem intelligatur dignitas quadam moralis, negando; quia ratione vnionis cum diuina persona moralem quadam dignitatem contraheret, deberetque reuerenter tractari tamquam natura diuini suppositi; si verò per sanctificationem intelligatur sanctitas, vt communiter sumitur, ratione cuius aliquis est gratus Deo & potens mereri, Resp. id non requiri, neque esse effectum formalem vnionis hypostaticæ, sed esse aliquid consequens in natura, quæ est capax meriti.

D V B I V M II.

*Vtrum materia & forma seorsim possint hypostaticè assumi?*

DE anima rationali vix videtur posse vllum esse dubium, cum in triduo mortis remanserit vnita Verbo, & habeat substantiam saltem partialem per quam possit etiam non vnita subsistere, quæ substantia potest à Verbo suppleri. De alijs est controuersia.

1. Sententia negat materiam vel formam seorsim posse assumi. ita Vasq. disp. 30. cap. 5. post medium. Lorca disp. 27. num. 14.

2. Sententia negat materiam seorsim assumi posse. ita communiter Thomistæ.

3. Tenet posse singulas assumi. tenet Suarez disp. 14. sect. 3.

Dico 1. materia prima potest assumi sine forma. ita multi auctores.

Prob. 1. in triduo mortis corpus Christi remansit vnitum Verbo; atqui nihil videtur fuisse vnium præter materiam primam iuxta Thomistas, qui negant formas partiales, cum non possit solide dici vlla alia forma vnita. Prob. nulla potest assignari præter formam cadaueris, quæ fuerit vnita Verbo. Ea autem non potest dici vnita, cum neque ab initio fuerit vnita, neque postmodum debuerit remanere vnita.

Prob. 2. fundamentum Thomistarum asserentium materiam non posse assumi sine forma, est quod ea ne quidè supernaturaliter possit existere sine forma. Hoc autem fundamentum videtur falsum, cum materia habeat entitatem veram & realem realiter à forma distinctam, sitque terminus creationis à forma distinctus; ergo non habet suam existentiam à forma quasi formaliter tribuente materiam existere. Prob. conseq. creatio terminatur ad esse existentie, cum constituat rem extra causas, & in ipsis rebus.

Conf. iuxta S. Th. materia habet propriam substantiam, igitur debet dici habere propriam existentiam, quam ei formaliter non tribuit forma. Conseq. prob. iuxta communioem sententiam, res prius existit quàm subsistat, cum substantia censetur posterius naturam aduenire rei existenti eam terminando. Quamquam autem secundum varios Thomistas res prius subsistat quàm existat, nihilominus si materia habet propriam substantiam quam non accipit à forma in genere causæ formalis, dicendum habere similiter existentiam, quam ab eadem non recipiat, cum existentia rei substantiæ debeat ab eo provenire qui tribuit substantiam, iuxta principia Thomistarum; cum non possint aliunde docere humanitatem in Verbo existere existentiam eius increatam, quàm quia subsistit eius substantia. Iam verò constat materiam primam non posse recipere à forma v. g. materiali substantiam, cum illa careat substantia, utpote naturaliter alteri inexistens, à quo sustentetur.

Probatur antec. confirmationis: scilicet materiam primam iuxta S. Th. habere propriam substantiam: nam 1. parte q. 75. art. 2. ad 1. dicit hoc aliquid dupliciter accipi; vno modo pro quocumque subsistente, alio modo pro subsistente completo in natura alicuius speciei. Primo modo, excludit inhaerentiam accidentis & formæ materialis. Vbi cum solum hæc duo excludat, censet cetera subsistere, & proinde habere substantiam, cum non sit effectus formalis sine causâ formali. Confir. q. 45. art. 4. docet creati propriè esse substantium: certum autem est materiam primam iuxta S. Th. creati. His adde quod in composito materiali ex forma materiali substantia non proveniat à forma, cum ea materia inexistat, sed potius proveniat à materia. Ex his conficitur quod materia habeat sufficientem capacitatem passivam vt possit assumi seorsim à diuina persona, ed quod scilicet habeat substantiam qua carere possit, & quæ per substantiam Verbi possit suppleri.

Prob. 3. licet concederemus Thomistis materiam non posse existere sine forma, quia scilicet suam existentiam recipit à forma, nihilominus non posset ex eo capite negari posse assumi sine forma. Prob. in mysterio Incarnationis iuxta illos materia humanitatis non existit per formam, scilicet animam rationalem, sed per existentiam increatam Verbi; quidni per eandem existentiam possit existere non vnita animæ, atque adeo existere sine forma? & hæc contra Thomistas.

Contra alios facit quod materia non minus possit inexistere Verbo quàm anima. Et quamuis non possit naturaliter existere sine omni forma, non obstat quod minus possit assumi; nec etiam obstat quod personalitas diuina non constitueret cum illa suppositum, quia id proveniret ex conditione rei assumptæ, quæ non esset natura substantialis integra, quam tamen connexat suppositum; vnde citra imperfectionem personalitatis id fieret propter conditionem rei assumptæ: quemadmodum absque vlla sua imperfectione diuina personalitas coniuncta rei irrationali non constituit personam.

Dico 2. forma substantialis materialis seorsim existens potest assumi à diuina persona.

Quod possit supernaturaliter existere sine materia, patet ex eo quod forma accidentaliter supernaturaliter possit existere sine subiecto. Quod verò in eo statu possit assumi prob. ex eo quod habeat entitatem quæ possit alteri inexistere & ab alio terminari; vnde ex parte formæ non videtur quid-

Confirm.

Materia habet propriam substantiam.

19.

Hoc aliquid, dupliciter accipitur ex S. Th.

Confirm.

20.

Prob. 3.

In mysterio Incarnationis iuxta Thomistas non existit materia per formam.

21.

2. Conclus. Forma substantialis materialis seorsim existens potest assumi.

Prob.

Obijcitur  
contra.

Resp.

Etia assumi potest

quod non

est natum

per se sub-

sistere.

Replica.

22.

Resp.

Officium

alienae sub-

sistentiae,

est termi-

nare &c.

3. Concl.

Vna pars

alteri con-

iuncta po-

test assumi

altera non

assumpta.

23.

Quomodo

assumi pos-

sit forma

materialis,

vnita, non

assumpta

materiali.

24.

quam obstar quod minus possit assumi.

Dices talis forma non habet propriam subsistentiam quae possit suppleri.

Resp. id non videri necessarium, sed sufficere quod res possit alteri inexistere, & ab illo terminari.

Dices in superioribus saepe dictum est aliquid posse assumi, eo quod natum sit subsistere. Ergo quod iuxta exigentiam suae naturae nequit subsistere, non potest assumi. Conf. quod aliquid possit assumi vel non possit, colligitur ex hoc mysterio. Cum ergo hoc mysterium nos doceat naturam assumptam quae poterat subsistere, dicendum est nullam posse assumi, quae ex sua naturali conditione subsistere nequeat.

Resp. quod aliquid possit subsistere praebere sufficiens argumentum quod assumi possit, non tamen id per se esse necessarium; nam officium subsistentiae alicuius ad quam res dicatur assumi, latius patet quam supplere defectum propriae subsistentiae, rem videlicet terminare, siue ea nata sit terminari proprio termino, siue alieno.

Ad confirmationem resp. nos quidem ex hoc mysterio colligere aliquid posse assumi, non tamen necessario debere asserere nihil posse assumi quod differt in quibusdam conditionibus à re quae de facto est assumpta, si conueniat in ea conditione ratione cuius primò & per se natura humana dicitur assumi quae conditio videtur esse, quod illa habeat entitatem per quam possit inexistere alteri, atque ita probabiliter possumus asserere omnem substantiam siue completam siue incompletam, siue materiale siue immateriale posse assumi. Quod si compositum inde resultans non dicatur persona nec suppositum, per accidens oritur ex conditione termini assumpti, non autem ex imperfectione termini assumpti.

Dico 3. vna pars alteri coniuncta potest assumi non assumpta alteri, etiam si illi sit coniuncta. v.g. materia videtur posse assumi non assumpta forma illi coniuncta, vel è contra: & quidem si assumere- tur compositum ex materia & forma materiali, valde probabile est ita posse assumi materiam ut forma non assumatur immediate: quia verisimile est tale compositum solum subsistere subsistentia materiae. Adde etiam videri posse materiam ita assumi, ut non assumatur anima rationalis ei vnita, sed ea retinente propriam subsistentiam partialem, vel è contra posse assumi animam materiā illi coniunctā retinente propriam subsistentiam. 3. formam materiale etiam vnitam materiā posse assumi non assumptā materiā.

Ratio postremae partis est, quod licet forma materialis substantialis vnatur materiā illi inexistendo, ita ut sit vna eademque vnio quā informat, & quā inexistit, id tamen non sit de ratione formae etiam informantis, ut patet in anima rationali, quae ita vnitur & informat materiam, ut tamen non inest illi tamquam sustentanti, nec dependeat ab ea tamquam à sustentante, non videtur repugnare quod minus supernaturaliter forma materialis possit informare materiam non inexistendo illi tamquam sustentanti. Quo casu videtur posse assumi, cum habeat naturam realem quae alteri inesse possit. Imò non videtur impossibile quod minus assumi possit retinens inexistenciam in materia: quia, ut superiore quaestione dictum est, res aliqua vni inexistens potest alteri simul inexistere: ut si natura humana assumere- tur à tribus personis. In dicto autem casu forma materialis informaret quidem materiam, non tamen personam assu-

mentem, sed solum vniretur ei tamquam termino absque vlla informatione.

Dices personalitas diuina non potest esse partialis subsistentia, nec cum alia componi.

Resp. id non esse necesse, quamuis enim in casu hypothesis sit subsistentia partis, non tamen dicenda erit partialis, nec propterea debebit vniri cum subsistentia partis quae suam retinet subsistentiam.

### D V B I V M III.

*Utrum forma accidentalis possit assumi à diuina persona?*

**Q**UAESTIO est de accidente reali propriam habente entitatem & de immediata assumptione; in qua duae sunt sententiae. Prior negat. Valquez disp. 30. cap. 5. Suarez disp. 14. sect. 4. Lorca disp. 27. num. 17.

Posterior asserit. Med. hic Valentia disp. 1. q. 4. puncto 1. §. nihilominus contraria. Aluarez disp. 22. concl. 5. & alij citati à Suarez supra. Quae sententia videtur probabilis, quia non videtur repugnare ut accidens dependeat ab aliquo absque eo quod illud informet vel perficiat; ergo non videtur repugnare quod minus assumatur à diuina persona. antec. prob. per entitatem realem creatam potest alicui inexistere, ita ut dependeat ab illo in ratione terminabilis ad terminatum, quae ratio omnino distinguitur à ratione informantis. Nec videtur repugnare quod minus ratio actu terminati ei conueniat re ipsa, licet non conueniat ratio actu informantis.

Dices ex tali vnione non resultabit persona.

Resp. iam dictum esse id non requiri ut aliquid possit vniri Verbo hypostatice.

Dices illud compositum erit ens per accidens.

Resp. ita futurum, citra vllam tamen imperfectionem in Deo, qui non idcirco recipiet in se accidens tamquam formam.

Dices si Deus posset vniri albedini, posset dici albus.

Resp. concedendo, si illud predicatum, *albus*, sumatur ut idem sit quod vnitam habens albedinem; negando vero si intelligatur secundum communem intellectum; quia per illud predicatum, *albus*, communiter intelligitur affectum albedine sibi inherente & informante. Vbi

Notandum quod quia aliqua predicata magis abstrahunt ab hoc vel illo modo denominandi subiectum propositionis, possunt absque vltiori explicatione facile vsurpari. Sic Deus potest dici habens albedinem, subsistens in albedine, vnitus albedini; quia haec vocabula generale habent significatum, nec ad vllum modum particularem etiam ex vsu restringuntur; aliquid enim alteri vnitur, siue illud ei inest siue non, solum quod ab eo terminetur. Idem dicendum de subsistere, habere subsistentiam.

Alia verò ex communi vsu & conceptu quem ingenerant, habent determinatum modum praedicationis. Tales sunt communiter formae accidentales, quae natae sunt aliud informare, quae in concreto dicuntur de aliquo censentur illi tribui tamquam formae illud informantis, & illius affectiones. verbi gr. cum de aliquo

audimus

25.

Sensus quaestio-

tionis.

Negant.

Valq.

Suarez.

Lorca.

Affirm.

Medin.

Valent.

Aluar.

26.

Tenet

Auctor ut

probabile.

Replica 1.

Replica 2.

Replica 3.

27.

Praedicata

quae magis

abstrahunt

ab hoc vel

illico modo

denomina-

di, possunt

absque vlt-

teriori explicatione

facile vsurpari.

auditus est albus, niger, doctus; solummodo determinatum conceptum quod huiusmodi formas in se recipiat, & ijs tamquam formis sibi inhaerentibus afficiatur, quae proinde sub illo modo non possunt tribui illi cui citra informationem uniuertur.

## ARTICVLVS II.

## Virum Filius Dei assumpserit personam?

**N**EGAT, quia quod assumitur debet praestelligi assumptionis, persona autem in humana natura non praestelligitur assumptioni, sed magis se habet ut terminus illius. Quod probat, si praestelligeretur, vel oporteret ut corrumpere-tur, & sic frustra esset, & frustra diceretur assumpta, cum nunquam perseverasset post unionem; vel remaneret post unionem, & ita in Christo essent duae personae, quod est contra fidem, atque ita conclusio S. Th. est de fide. Patet ex dictis contra Nestorium.

## ARTICVLVS III.

## Virum persona diuina assumpserit hominem?

**N**EGAT, quia homo significat humanam naturam in supposito, Filius autem Dei non assumptibilem in supposito, ut patet ex articulo praecedenti & ex dictis quaest. 2.

Notandum ergo cum Patres & Concilia interdum dicunt Filium Dei assumpsisse hominem, eos debere explicari, vel ut sumant concretum pro abstracto, id est, assumpsit humanam naturam; vel ut designent tantum terminum qui resultauit per assumptionem, hoc sensu; Filius Dei assumpsit humanam naturam ad hoc ut esset homo. Videri possunt dicta quaest. 2. art. 2. in dubio in solutione tertij & S. Thomas hic ad 1.

Quia ad confirmationem doctrinae his articulis tradita confert nosse quid ratio suppositi superaddat naturae substantiali, non erit alienum rem hanc examinare, quae passim ab auctoribus proponitur. Itaque

## DVBIUM I.

## Virum ratio suppositi in creaturis distinguatur à parte rei à natura substantiali?

**D**VPLEX in genere hac de re est sententia. Prior negat, agnoscens distinctionem rationis, qualis est inter abstractum & concretum substantiae, eo quod abstractum representet per modum formae, concretum verò per modum substantiae. Hanc sententiam tenet Henr. quodl. 4. q. 4. Dur. in 1. dist. 34. q. 1. nuni. 15. & quoad substantias spirituales, scilicet angelos, fauet S. Th. 1. parte q. 3. art. 3. in corpore, dicens: in his quae non sunt composita ex materia & forma, in quibus individuatione non est per materiam individuationem, id est, per hanc materiam, sed ipsa forma per se individuantur, oportet

ut quod ipse forma sunt supposita, substantia, unde in eis non differt suppositum & natura.

Verum communis & vera sententia aliquod discrimen agnoscit à parte rei, quodcumque tandem illud sit, per quod ratio suppositi constituatur; quod tradit S. Th. locis citandis. Prob. prior sententia nullo modo est consentanea huic mysterio, cum ex illo aperte constet aliquod discrimen in re ipsa intercedere; si enim nullum intercedat, impossibile est vniri naturam personae Verbi, & non vniri suppositum; cuius tamen contrarium est de fide, cum de fide sit in Incarnatione unitam esse humanitatem Verbo, non autem humanum suppositum, atque adeo naturam humanam caruisse propria personalitate.

Dices suppositum non dici unitum, quia significat rem ut independentem.

Resp. id non enervare vim rationis factae, quia non assumpti non dici unitum, sed non esse unitum, & naturam humanam caruisse propria personalitate; quod verum non esset si in re nulla esset distinctio inter suppositum & naturam, quamuis propter diuersum modum significandi non sequeretur quod humanum suppositum diceretur assumptum.

Dices quamuis inter naturam diuinam & personalitatem nulla intercedat actualis distinctio à parte rei, tamen natura diuina non assumpsit humanam naturam, sed persona; igitur optime potest consistere quod natura substantialis creata non distinguatur in re ipsa à supposito, & tamen illa assumatur, non verò suppositum.

Resp. 1. in ratione non esse dictum impossibile naturam assumi & non suppositum, sed impossibile esse vniri, quod etiam de naturâ diuinâ dici debet: nam impossibile est personam diuinam vniri naturae humanae, & non vniri eiusdem personae naturam.

Resp. 2. etiam impossibile esse assumi naturam creatam, & non assumi suppositum, si nulla in re intercedat distinctio, & esse diuersam rationem in diuinis, pro quo

Notandum naturam diuinam ita identificari personis, ut tamen non sit idem conuertibiliter & adequatè cum singulis, sed etiam identificetur personis distinctis; unde potest optime consistere, quod quaedam in re ipsa conueniant personis ratione proprietatum personalium, quae non conueniant ratione essentiae, ut oppositio inter ipsas personas, terminatio in mysterio Incarnationis; in creatis verò si nulla sit distinctio inter naturam & suppositum, sunt adequatè eadem, & proinde quaecumque conditio in re continet vni, debet alteri eodem modo conuenire, atque ita si natura assumatur, in re ipsa assumetur persona; quod, ut dictum est, constat esse contra fidem, cum inde sequatur duas in Christo esse personas.

Conf. conclusio, si nulla distinctio interueniat inter naturam & suppositum; ratio suppositi non perit in Incarnatione, & proinde in Christo est suppositum humanum & diuinum, quod est contra fidem.

Ad id quod ex S. Th. loco citato adfertur Resp. praedictum locum videri obscurum. Verum quod is censuerit naturam distinguere à parte rei à supposito etiam in angelis, patet ex art. 1. huius quaestio-nis responsione ad 3. & ex art. 2. in corpore quaestio-nis 2. unde S. Th. his locis tacite reuocauit quod scripsit 1. parte.

31.

Affirm. D.  
Th. quae sequitur  
Auctor.  
Prob. ab absurdo.  
Impossibile est vniri naturam personae Verbi & non vniri suppositum si suppositum idem sit quod natura.  
Impugnatur primo ratio.  
Resp.

Impugnatur secundo.

Resp. 1.

Resp. 2.

32.

Possunt in re ipsa quaedam conuenire personis ratione proprietatum personalium, quae non conueniant ratione essentiae.  
Secus esset in creatis.

Conf. conclusio.

33.

Mens D.  
Th. aliunde colligitur.

DVBIUM

## D V B I V M II.

*Virum id quo suppositum distinguitur à natura sit aliquid positivum, an negatio?*

34.

Duae sunt sententiae. Prior ponit in duplici negatione.

Corollarium ex illa sententia.

35.

Hanc opinionem tenet Scotus, & alij.

36.

Prob. 1.

**D**VPLEX etiam in genere est de presenti quaestione sententia. Prior est rationem suppositi solum superaddere naturae duplicem negationem, nimirum actualis dependentiae & aptitudinalis, scilicet iuxta naturalem rei exigentiam. Unde iuxta illam sententiam natura completa fortitur rationem suppositi, & si sit intellectualis, fortitur rationem personae, si neque actu alicui insit, vel recumbat in aliquo, neque secundum naturalem suam exigentiam postulet inexistere alteri vel ab altero terminari.

Ex qua doctrina patet 1. quomodo natura humana in Christo non subsistat per se & non sit persona, quia actu inexistit alteri, scilicet Verbo diuino. Patet 2. quomodo forma substantiales materiales non subsistant, quia secundum naturalem suam exigentiam postulant recumbere in materia, eique inexistere. Patet 3. quomodo similiter accidentia non subsistant etiam quando ponuntur separata à subiecto, quia nihilominus secundum naturalem exigentiam postulant in alio inesse. Patet 4. quomodo anima rationalis subsistat non solum quando est separata, sed etiam quando est corpori unita, quia etiam corpori unita non pendet ab illo tamquam à sustentante, neque in eo recumbit, sed citra inexistentiam illud informat, tamquam compartem, neque postulat naturam in alio recumbere & terminari.

Hanc sententiam de duplici negatione tenet Scotus in 3. dist. 1. q. 1. §. *non asserendum*, & dist. 6. q. 1. §. *concedo conclusiones*. Et quamvis priori loco videri posset id ponere non asserendo, atque adeo aliqui contendunt Scotum non fuisse illius sententiae, sed solum disputando eam posuisse, quod asserit Lorea disp. 28. num. 14. tamen ex loco posteriori nobis citato clarè constat hanc esse illius sententiam, imò & priori loco id asseruisse, cum ad eum se remittat, idque inde perspicitur potest quod soluat argumenta, quibus videbatur probari rationem personae non constitui in negatione, ea verò quae ostendunt non constitui in positivo non soluat. Eandem sententiam tenent plures Professores Philosophiae & Theologiae, qui negant subsistentiam realiter distinguere à substantia cuius est subsistentia, & simul vniuersim negant modos; ij enim non possunt aliud assignare praeter negationem, seu negationes; per quas suppositum constituitur in ratione suppositi; quam sententiam Suarez disp. 11. sect. 3. §. *deinde praemittitur*, iudicat probabiliter, cum solum dicit alterum in rebus creatis esse probabilius, & defendit Rada in 3. controuersia 1. art. 1. posteriori parte articuli. Ad hanc sententiam accedit Gabriel, qui distinct. 1. quaest. 1. art. 1. sentit rationem personae solum superaddere varias negationes, quas ibi recenset.

Pro ea sententia Scotus dist. 1. q. citata §. *contra primam viam*, varia ponit argumenta. 1. si personalitas consistat in positivo, datur aliquid positivum quod assumi non potest, consequens est falsum; sequela patet, cum illud positivum sit id quo res constituitur alij incommunicabilis, illi re-

pugnat communicari. Falsitas autem consequentis ex eo patet, quod omnis entitas creata aequè subsit potentiae Dei, ut ab eo possit assumi; item ex eo quod si huiusmodi entitas non sit reipsa assumpta, non sit curata, nec villa medicina sit illi praestita; nam ut Damasc. lib. 3. de fide capit. 6. *ei quod assumptum non est, medicina allata non est*.

2. Si persona superaddat aliquid positivum, natura humana in Christo caret aliquo positivo, & ultima, sui perfectione, & dimitti non posset à Verbo, quin aliquid novum deberet in ea produci, vel remaneret sine persona.

3. Si sit positivum, poterit natura existere sine persona. Addi potest quod illud positivum nec sit substantia, nec accidens.

Posterior sententia censet superaddere aliquid positivum, ita communius Theologi.

Dico 1. sententia Scoti non videtur improbabilis.

Prob. partim à priori; partim à posteriori, soluendo argumenta quae contra fieri solent. Ex priori capite prob. quidquid requiritur ad rationem personalitatis creatae optime praestari potest per duplicem negationem, igitur frustra aliud exigitur, in quo consistat ratio personalitatis, cum non sint multiplicandae entitates sine necessitate. Antec. prob. si intelligatur quod aliqua natura intellectualis creata integra neque actu recumbat in alio, neque ex sua naturali conditione apta sit recumbere, nullo alio superaddito, optime intelligetur personata & subsistere. Ergo ratio personae commode potest constitui in huiusmodi duplici negatione.

Conf. 1. quodcumque assignetur positivum in quo constituitur ratio personae creatae ad hoc tendit ut natura per se terminetur & nulli insit. Cum ergo id abunde possit praestari per duplicem negationem explicatam, ea videtur sufficere, nec est ad aliud recurrendum, in quo ratio personae constituitur. Conf. 2. ut accidens sit per se multoties sententia nihil requirit positivum superadditum.

Dices esse disparitatem, cum modus existendi per se sit connaturalis substantiae & sit perfectio; secus autem se res habeat in accidente.

Resp. ita esse, sed non idcirco ostendi necessitatem alicuius positivi praeter ipsam naturam substantialem, quae ex naturali conditione exigit huiusmodi negationem, nam etiam negatio bene potest censei spectare ad magnam rei perfectionem, ut patet in simplicitate Dei, quae est maxima eius perfectio, cum tamen nullam censeatur ex se adferre rationem positivam nostro modo concipiendi superadditam naturae diuinae. Patet etiam in ea negatione quae Deus dicitur non esse ab alio.

Prob. etiam soluendo argumenta: si enim iuxta illam sententiam argumenta probabiliter solui possint, & res possit explicari, ea non est censenda omni probabilitate destitui.

Obijciatur itaque 1. personae in Trinitate non constituuntur per negationem, ergo nec in creatis.

Resp. neg. consequ. quia natura creata propter suam limitationem postulat solum semel esse personata, id autem commode intelligitur fieri si natura intellectualis integra, quae iuxta suam conditionem postulat nulli inesse, nulli insit; quia eò ipso censetur sufficienter terminata, & esse per se; natura verò diuina propter intrinsecam suam perfectionem postulat esse in tribus personis, quod non potest

Damasc.

Prob. 2.

Prob. 3.

37.

1. Conclusio. Scoti opinio est probabilis. Prob.

Confium.

38.

Impugnatur probatio.

Satisfit.

Negatio potest censeri spectare ad rei perfectionem.

Prob. eadem sententia soluendo argumenta.

39.

Obiectio 1.

Resp.

Cur magis necessit sit diuinas personae positivum constitui.

potest

potest intelligi, nisi rationes quibus personæ diuine constituntur sint relatiuæ, & proinde dicant aliquid positiuum.

Conf. ex eo quod diuina personalitas non quomodocumque tribuat esse per se, sed referendo personam ad aliud. Ergo debet esse relatio, & per consequens aliquid positiuum. Nulla similis necessitas cernitur in supposito creato.

Obijciunt 2. in mysterio Incarnationis personæ creatæ suppletur per diuinam; atqui negatio non potest suppleri per aliquid positiuum, ergo.

Resp. negando minorem quantum ad id in quo personalitas increata dicitur suppleuisse: nam in eo suppleuit, quod ex personalitate increata & natura humana unitis resultauerit persona, quemadmodum ex natura humana & propria personalitate resultasset persona, sine quemadmodum ex illa natura nulli inexistente sed terminata per negationem inexistentiæ resultasset persona. Quoad varias conditiones personalitatis creatæ, eam non suppleuit, nec supplere debuit; constat enim personalitatem creatam (in quocumque demum constituitur eius ratio) non esse relationem, neque per eam constitui personam relatiuam. Similiter personalitas propria tribuit naturæ esse per se, eam tamen naturam humanam unita Verbo dicatur esse in alio. Ex quibus constat non requiri ut ratio personalitatis creatæ sit consimilis rationi personalitatis diuinæ ad hoc ut hæc dicatur illam suppleri.

Obijciunt 3. si personalitas creatæ consistat in negatione, cum dicitur natura assumpta, perinde erit, ac si diceretur non mansisse in assumptam.

Resp. neg. assumpt. quamuis enim vnum ex alio sequatur, tamen ex modo significandi propositionis id non dicitur, sed quod natura humana sit unita Verbo, illi insit, eiusque personalitate subsistat & terminetur, ita ut per huiusmodi inexistentiæ suo modo dici possit impedita negatio non inexistendi alteri.

Obijciunt 4. ea sententia videtur repugnare sententijs Patrum, qui videntur indicare naturam humanam in mysterio Incarnationis destitutam aliquo positiuo.

Resp. neg. assumpt. 1. enim non potest vllus asseri, qui clare id asserat. 2. neque ex illorum dictis id solide potest deduci.

Concilia & Patres tradunt vnicam in Christo esse personam contra Nestorium, idque probant ex varijs scripturæ locis, quæ id euidenter euincunt. 1. tradunt naturam humanam substantialiter unitam Verbo, quod & aperte deducitur ex scripturæ; & ex eo quod idem sit Deus & homo. 3. tradunt eam caruisse propria personalitate, quod ex primo sequitur; nullo tamē modo inde potest inferri personalitatem iuxta illos necessariò constituendam in positiuo. Nam possumus etiam dici carere negatione, seu potest dici tolli negatio. Beata Virgo dicitur carere peccato originali, quod tamen multoties sententia consistit in priuatione iustitiæ. Peccatum dicitur tolli, quod communiori sententiæ consistit in priuatione, igitur sententiæ Patrum commodè possunt intelligi, quamuis personalitas creatæ consistat in negatione.

Obijciunt 5. esse personam est effectus realis, & magna perfectio; igitur debet habere causam formalem realem.

Resp. concedendo antec. & dico habere cau-

sam realem, non positiuam, sed negatiuam. Dico etiam non requiri vllum reale positiuum præter ipsam naturam, quæ dicitur personata, sed sufficere negationes supra explicatas. Vltimus dico illam denominationem esse realem, non ab aliquo positiuo, sed negatiuo, quod verè competit à parte rei citra vllam operationem intellectus, & suo modo, ut dictum est, magna est perfectio.

Obijciunt 6. negatio non potest competere nisi ratione positiuæ; igitur negationes à Scoto posite fundabuntur in positiuo, ratione cuius naturæ dicitur personata, & proinde ratio suppositi constituitur in aliquo positiuo.

Resp. concessio antec. negando conseq. fundantur enim in perfectione naturæ substantialis: nam natura substantialis propter suam perfectionem non solum postulat nulli inherere tamquam accidens, sed insuper iuxta conditionem suam, si sit integra, postulat terminati & nulli inexistere, atque adeo esse personam, ratione illius negationis inexistendi, & negationis aptitudinis naturalis ad inexistendum.

Obijciunt 7. terminus in quantitate est aliquid reale positiuum distinctum à quantitate; ergo & terminus substantiæ quo per se existit est quid positiuum distinctum à natura.

Resp. quidquid sit de antecedente, negando conseq. cum enim quantitas sit diuisibilis, fortè non potest censeri physicè terminari, nisi physicum aliquid indiuisibile illi addatur, res verò bene potest intelligi nulli inesse quamuis nihil reale positiuum intelligatur superadditum.

Obijciunt 8. ad hominem supra diximus cum Scoti vnari naturam creatam posse alteri creatæ vniri in unitate personæ, id autem dici nequit si ratio personæ nihil dicitur positiuum.

Resp. negando subsumptum, quia vna eademque negatio potest plures naturas terminare, vnā mediante altera; & ea ratione potest natura assumpta tribuere esse personæ. Alia minoris momenti prætereo, quæ ex his facile solui possunt.

Quamuis hæc dicta videantur probabilia, tamen

Dico 2. probabilius est rationem suppositi superaddere naturæ aliquid positiuum; tum quia in eam sententiam ferè conspirant Theologi, & tenet S. Th. q. 2. huius partis art. 2. in corpore, ubi id clare tradit. 1. de suppositis materialibus, 2. de intellectualibus, illis verbis: *et quod dictum est de supposito (scilicet secundum rem differre à natura) intelligendum est de personam creaturam rationalem vel intellectualem*; tum quia commodius videtur explicari mysterium Incarnationis, si dicatur rationem suppositi addere aliquid positiuum, quo natura humana est priuata dum ad esse personale. Verbi est assumpta; tum quia natura cum sua substantia seu ratione suppositi facit vnum substantiale, quod non videtur ita commodè explicari, si ratio suppositi constituitur in negationibus; quia ut ex pluribus vnum substantiale constituitur constitutiva debent esse eiusdem generis, negatio autem non est eiusdem generis cum positiuo.

Argumenta proposita pro sententiæ Scoti commodius soluentur postquam visum fuerit quid sit illud positiuum, quod ratio suppositi superaddit naturæ completæ substantiali. Itaque

Denominatio realis potest esse ab aliquo negatiuo.

Obiectio 6. Negatio non potest competere nisi ratione positiuæ.

Resp.

44.

Obiectio 7.

Resp.

Obiectio 8.

Resp.

45.

2. Concl.

Præterur

sententia

quæ vult

superadde-

re naturæ

aliquid

positiuum.

S. Th.

## DVBIUM III.

*Quidnam sit positivum quo suppositum constituitur in ratione suppositi?*

46.

Sententia  
varie.  
Prima pro-  
ponitur &  
refellitur.  
Hieronymus.

Suppositum  
non consti-  
tuitur per  
accidentia.

47.

Refellitur  
& alia illi si-  
milis.  
Primo.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Explicatur  
PP.

48.

Secunda  
proponitur  
& refelli-  
tur.  
Capreolus.

Existencia  
non est ra-  
tio suppo-  
si.

49.

Tertia pro-  
ponitur &  
suadet  
varijs ra-  
tionibus.  
Medius.  
Videtur.  
Albertinus.

**H**Ac in re satis magna est sententiarum di-  
versitas.

1. Tenet rationem suppositi constitui per acci-  
dentarias proprietates. Ita Hieronymus quodlibet 3. q. 6.  
quae sententia merito communiter displicet Do-  
ctoribus, quia iuxta illam suppositum est ens per  
accidens, quod dici nequit, cum nullum ens per  
accidens constituatur in predicamento.

2. Et praecipue quia in Christi humanitate vnita  
Verbo remanserunt omnes proprietates illi natu-  
raliter competentes, ut partim docent, partim  
supponunt Theologi; cum tamen caruerit propria  
personalitate. Accidentibus separabilibus potuit  
carere existens etiam in proprio supposito, igitur  
in neutris accidentibus potest ratio suppositi con-  
stitui.

Ex his refelli potest opinio, cuius meminit  
Caiet. hic art. 2. scilicet id quo natura determinatur  
ad esse suppositi non esse quidem accidentia, sed ali-  
quid ex ipsis in natura proveniens, 1. quia talis mo-  
dus esset accidens, & proinde ex illo & natura non  
posset constitui vnum per se.

2. Non debet videri magis constituere suppo-  
situm quam ipsa accidentia.

3. Talis modus profluens ab accidentibus natu-  
rae supponit existentiam ipsorum accidentium  
a quibus profluit, & haec saltem secundum natu-  
rae ordinem supponunt existentiam substantiae, cum  
illi inhæreant; nihil autem possit inhærere non exi-  
stenti; res autem existens secundum naturalem  
conditionem & exigentiam postulat prius com-  
pleri in suo genere, ergo à primo ad ultimum  
natura substantialis postulat prius recipere subsi-  
stentiam, & rationem, qua determinetur ad esse  
suppositi, quam recipere accidentia, vel quidquam  
ex illis proveniens.

Denique talis modus fingitur voluntarie & si-  
ne fundamento. neque illi primae sententiae utro-  
vis modo explicata fauent varij Patres citari so-  
liti, cum solum velint accidentia nos inducere in  
notitiam singularium & suppositorum, non verò  
quod formaliter illa constituunt.

2. Sententia rationem personae seu suppositi con-  
stituit in existentia, ita ut natura per suam existen-  
tiam constituatur in ratione personae. ita Capr. in  
3. dist. 5. q. 3. art. 3. ad argumenta contra 2. con-  
clusionem. ita tamen ut existentia solum in obli-  
quo commotetur in supposito.

Quae sententia non placet, quia suppositum  
non est nomen connotativum, & id quod contra-  
hit suppositum intrinsecè ad illud pertinet. Adde  
iuxta verior sententiam, quam in sequentibus  
trademus, humanitatem in Christo habuisse pro-  
prium existentiam creatam.

3. Sententia asserit rationem suppositi su-  
peraddere naturae entitatem quandam realem rea-  
liter à natura distinctam. tenet Caiet. hic art. 2. (qui  
videri potest pro varijs sententijs pertractatis his  
dubijs) Med. art. 2. concl. 2. & plerique Thomistae,  
quibus consentit Valentia disp. 1. q. 4. puncto 2.  
& quare ut hoc. Albertinus tomo 2. corollariorum  
Theologicorum disp. 3. de predicamento substan-

tiae q. 7. Videturque fateri S. Th. q. 2. art. 2. in cor-  
pore dicens: in talibus etiam secundum rem differt natu-  
ra & suppositum. Vbi docet in ijs quae constant mat-  
teria & forma suppositum differe secundum rem  
à natura. infra autem docet id etiam intelligendum  
esse de persona in natura creata rationali vel intel-  
lectuali. Hanc sententiam variè probat Albertinus  
suprà; 1. natura substantialis creata est imperfecta  
& limitata; ergo indiget sustentante; ergo susten-  
tans debet esse realiter distinctum. 2. alioquin sub-  
sistentia naturae humanae non posset suppleri per  
subsistentiam Verbi 3. si distingueretur solum ut  
modus à re, ipsamet inesset & inniteretur rei.

Haec sententia non placet, quia neque ex hoc my-  
sterio villo modo colligitur necessitas talis entita-  
tis superadditae naturae, neque colligitur ex princi-  
pijs philosophicis; & omnia quae praestat subsisten-  
tia commode possunt explicari abique huiusmodi  
realitate superaddita. Nec illi fauet S. Th. quia  
differentiam secundum rem solum opponit ei quae  
est secundum rationem. Porro ad hoc ut aliqua duo  
distinguantur in re ipsa citra operationem intelle-  
ctus non requiritur ut singula extrema adferant  
nouam & distinctam realem entitatem.

Ad 1. argumentum Albertini Resp. limi tatio-  
nem naturae creatae bene requirere aliquem mo-  
dum superadditum, quo ipsa censetur terminari,  
non verò rem quae sustentetur, immò si sustentaretur  
ab aliquo à se realiter distincto, non posset apte di-  
ci esse per se & nulli inexistere.

Dices idem dici potest de modo.

Resp. negando, quia modus propriè non susten-  
tat naturam, sed est illi ratio per se existendi, ita ut  
affecta modo, quem naturaliter postulat, dicatur  
per se terminari.

Ad 2. Resp. negando assumptum. patet ex di-  
ctis dubio superiori circa 2. objectionem contra  
priorem conclusionem.

Ad 3. Resp. similiter negando assumptum.  
quamvis ille modus insit naturae, non tamen illi  
innititur ut sustentanti, sed eam terminat, & facit  
ut ea per se existat.

4. Sententia tenet rationem suppositi solum  
superaddere naturae modum, quo natura compleat-  
ur in ordine substantiae, & per se existat, seu in nul-  
lo recumbat, & per quem naturaliter sibi debitum  
terminetur. quia verò talis modus pertinet ad  
substantiale rei complementum, ideo substantia illi  
habens dicitur per se existere, non tantum prout  
per se existere opponitur inhærentiae accidentis,  
sed etiam prout opponitur cuilibet inexistentiæ  
in re alia ut sustentante. hanc tenet Suarez in me-  
taphysica disp. 14. sect. 4. Vasq. disp. 31. cap.  
6. Lorca disp. 28. num. 29. & plures alij, & pro ea  
Alvarez disp. 23. num. 6. citat Victoriam, So-  
tum, Mantium.

Haec sententia videtur ceteris praeferenda, quia  
& rem commode explicat, & saluat ea quae ex my-  
sterio Incarnationis deduci possunt. probabilius  
igitur est quod ratio constituens suppositum sit  
modus quidam substantialis & eiusdem ordinis  
cum substantia formaliter distinctus ab ipsa natu-  
ra eaque posterior, qui secundum naturalem exi-  
gentiam debeatur integrè substantiae, per quem  
subsistat, ita ut ille modus non resultet ex natura  
iam subsistente, sed formaliter constituat eam sub-  
sistentem, sitque complementum substantiae in suo  
ordine. quo modo caruit natura humana quando  
ad esse personale Verbi est assumpta.

Petes 1. quomodo se habeat subsistentia ad exi-  
stentiam?

S. Th.

50.

Sed & re-  
fellitur.Nō distin-  
guatur rea-  
liter suppo-  
situm à na-  
tura.Explicatur  
S. Th.

51.

Satisfar-  
gumentis  
propositis.Quarta se-  
ntentia.Suppositum  
solum su-  
peraddere  
naturae mo-  
dum.

Suarez.

Vasq.

Lorca.

Vid.

Sotus &  
alii.

52.

Praefertur  
ceteris ab  
Audite, &  
probat.Subsisten-  
tia est mo-  
dus substanti-  
alis.

53.

sententiam? seu an natura substantialis prius natura subsistat, quam existat?

Ita sentit Caiet. hic art. 2. & communius Thomista, eo quod existant S. Tho. infra q. 17. art. 2. docere humanitatem in Christo existisse existentia increata, quod nullo modo videretur asserendum si existentia esset prior subsistentia; nam inuariato omni priori solum facta est quedam variatio in subsistentia, quando natura humana per vnionem sui cum Verbo terminata est subsistentia Verbi.

Vergero saluent predictam sententiam de existentia increata naturae humanae in Christo, sententiam subsistentiam prius competere creaturae, quam existentiam, & munus subsistentiae non solum esse terminare naturam, sed etiam illam reddere capacem existentiae. quod prob. quia existentia est suppositum.

Verum communior aliorum sententia est existentiam prius conuenire quam subsistentiam, quae omnino verior est, quia existentia est prima rei actualitas, per quam res constituitur extra nihil; igitur prius conuenit rei quam subsistentia. Conf. prob. prius conuenit rei habere esse actuale, & esse extra nihil, quam seipsa terminari.

Conf. 1. accidenti prius conuenit esse quam inherere; igitur substantia prius conuenit existere quam per se subsistere. sicut enim se habet inherencia in accidente respectu existentiae; ita respectu eiusdem se habet subsistentia in substantia. Conuenit enim 2. existentia est quid vniuersalius, & conuenit omni enti quod est extra causas, ergo est prior quam sit subsistentia.

1. Non potest aliquid creati, quin eo ipso ponatur existentia: potest autem iuxta Caiet. resp. ad 4. Scoti, natura substantialis diuina virtute poni sine omni subsistentia propria vel aliena; igitur existentia rei non penderet a subsistentia eo modo quo vult Caiet. nec est posterior subsistentia, sed prior.

3. Etiam secundum S. Tho. id quod assumitur debet praestelligi assumptioni, ita docet art. 2. in corpore; non solum autem debet praestelligi ut habens esse essentiae, sed secundum esse existentiae; igitur prius natura est rem existere quam assumi, & proinde prius habet esse existentiae quam subsistentiam, cum hanc sortiatur per assumptionem. minor prob. assumptionis realis & actio realis quae versatur inter duo extrema debet supponere extrema, non solum in esse obiectiuo vel potenciali, sed in esse reali & extra nihil. igitur quod assumitur debet praestelligi tanquam aliquid reale extra nihil, & proinde habens esse existentiae. Conf. quod assumitur, debet praestelligi creatum; atqui creatio non sistit in esse essentiae, sed tendit utque ad ipsum esse existentiae, & ponit rem extra causas.

Ad rationem in contrarium Resp. neg. ass. nam ut ex dictis patet res prius censetur existere quam recipiat subsistentiam, cum existentia sit primus actus quo res ponitur extra nihil, subsistentia vero sit vltimum rei complementum substantiale posterius adueniens rei existenti, & illius terminus.

Ad probationem Resp. etiam negativam, quia accidentia & formae substantiales materiales habent esse existentiae, quod possunt retinere extra suppositum, ut patet in speciebus in Venerabili Enchiridia, quae existunt sine subiecto. Quod S. Tho. non fauat isti sententiae, ostenditur inf. q. 17.

Petes secundum an subsistentia effectiue producatur a natura quam terminat.

Negant aliqui, alij probabiliter asserunt, quia natura in priori quam subsistat sufficientem habet entitatem per quam possit subsistentiam producere,

re, igitur non est quod eius productio in alia causa rejiciatur. Vnde si natura humana Christi dimiteretur a Verbo, posset subsistentia in se producere.

Dices 1. actiones sunt suppositorum.

Resp. naturaliter rem prius subsistere quam operetur ad extra, non tamen prius quam producat id quo intra genus suum compleatur & terminetur.

Dices 2. inherencia non producit ab accidente quod producit in subiecto; ergo.

Resp. neg. conf. quia accidens non potest produci per educationem de potentia subiecti, quin simul concipiatur vniri subiecto ab eo qui producit ipsum accedens, quia educi de potentia subiecti nihil est aliud quam produci concurrente subiecto ut sustentante & recipiente; unde non potest accidens sese coniungere quando dicitur educi de subiecto, sed id fieri debet ab eo qui producit accedens: quando vero producit substantia nihil simile reperitur, ob quod necessario sit asserendum ipsum modum subsistentiae produci ab agente extrinseco, & de cetero in illo priori quam natura concipiatur subsistere, in ea vis est sufficiens ad hanc suam perfectionem producendam.

Dices actionem terminari ad rem subsistentem; igitur producens ipsam substantiam debet etiam modum seu subsistentiam attingere & producere.

Resp. neg. conf. & ad antecedens dico actionem terminari ad suppositum non prout dicit partialis actionem, sed prout dicit totum id per quod peruenitur ad vltimum terminum a natura intentum, nam licet in rigore loquendo sint duae actiones, possunt tamen dici vna subordinatione, & quia per illud aggregatum actionum peruenitur ad terminum qui est a natura praecipue intentus.

Petes 3. an subsistentia faciat compositionem cum natura?

Resp. affirmatiue, vnitur enim seipsa naturae ad vnum substantiale cum illa conflandum.

Petes 4. an natura substantialis integra possit conservari absque omni subsistentia.

Resp. in sententia Scoti satis patet non posse; in alijs est controversia. Caiet. art. 2. censet posse, similiter Aluarez disp. 25. num. 4. sed non videntur loqui conformiter ad sua principia, cum doceant subsistentiam esse priorem existentia, & existentia aduenire naturae per subsistentiam; atqui nihil potest conservari in rerum natura absque omni existentia; igitur ex consequenti nihil potest esse absque subsistentia propria vel aliena. Aliqui censent substantiam integram non posse existere & conservari absque subsistentia propria vel aliena, eo quod modi existendi per se & in alio immediatam inuoluant contradictionem. tenet Suarez disp. 34. sect. 6. num. 27. Valquez disp. 31. cap. 7.

Probabilius tamen videtur quod per diuinam potentiam possit conservari absque omni subsistentia quae sit modus vel res superaddita naturae, tenet Valentia disp. 1. q. 4. puncto 2. §. respo. det bene Caietanus, Albertinus disp. 3. citata q. 3. in secunda sententia. Med. art. 2. resp. ad vlt. Scoti. Lorca disp. 30. nu. 6. Becanus de Incarnatione c. 14. q. 6. nu. 2.

Hoc casu natura existit per se sine villo superaddito, per nudum concursum conseruatiuum entitatis; erit per se negativum, quia in nullo recumbet. Dens enim non tenetur producere modum posituum, vel praebere suum concursum ad eius productionem, eo quod res ponatur extra causas, & ex negatione modi existendi in alio non ita sequitur modus positius existendi per se, ut ne quidem diuina potentia possit impediri.

Conf. talis immediata repugnancia non est inter inherencia

tur a natura quam terminat.

Obiectio 1. Actiones sunt suppositorum.

Resp.

Obiectio 2.

Resp.

Accidens hoc ipso quo educitur, vnitur.

Replica.

Resp.

Actio terminatur ad suppositum.

56.

Quaestio 3.

Resp.

57.

Quaestio 4.

Resp. variorum improbat. Caiet. Aluarez.

SHAR. V. 8/9.

Resp. Au-

toris.

Probabi-

lius potest

natura con-

seruari abs-

que omni

subsistentia.

Valent.

Albertin.

Med.

Lorca.

Becan.

Co. str. res-

ponio.

rentiam accidentis & modum positium existendi per se. licet enim multi existant accidenti posito extra subiectum superaddi modum per se positum; id tamen non statuit per ordinem ad diuinam potentiam, ita ut nullo modo aliter fieri possit. Ita in praesenti possumus dicere ex carentia modi essendi in alio non inferri omnimodam necessitate modum positum, quo res subsistat ac terminetur, sed posse terminari per suam existentiam.

Obijciunt  
contra re-  
solutionem.

58.

Resp. Magis intime conuenit rei existenti esse alicubi, quam terminari modo sibi connaturali.

Petes 5. an natura violentè subsistat aliena subsistentia?

Resp. non violentè subsistere si aliena sit nobilior, quia licet non terminetur per se, sed per illam dicatur esse in alio, quia tamen euehitur ad esse longè nobilior, non censetur per appetitum innatum in suam propendere. vnde humanitas in Christo non est in statu violento, neque naturali inclinatione appetit propriam subsistentiam quamdiu subsistit per subsistentiam Verbi.

59.  
Humanitas  
in Christo  
non est in  
statu vio-  
lento.  
Quaest. 6.

Petes 6. an subsistentia in rebus creatis sit indiuisibilis?

Suppono subsistentiam rerum immaterialium esse indiuisibilem, cum res spirituales nec componantur ex partibus essentialibus physice, nec ex integrantes; sed sint planè indiuisibiles. cum ergo subsistentia debeat proportionari rei cuius est modus, & modus corporeus & diuisibilis nequeat assequi rem spiritalem & indiuisibilem saltem naturaliter, sequitur earum subsistentiam debere esse spirituales & indiuisibiles.

60.  
Respond. 1.  
Subsistentia  
rerum ex-  
tensarum  
componi-  
tur ex par-  
tibus quasi  
integranti-  
bus.  
Occurritur  
tacita ob-  
iectioni.

Dealys inter auctores est controuersia; in qua videtur probabilius primò quod in suppositis materialibus subsistentia componatur ex partibus quasi integrantes, quia supposita materialia sunt extensa, ergo non possunt habere modum indiuisibilem quoad extensionem, cum talis non proportionaretur entitati diuisibili. si sit diuisibilis, ergo subsistentia quodammodo integratur ex partibus.

Nec repugnat quod subsistentia sit modus substantialis rem vltimò in suo genere determinans, eamque reddens incommunicabilem: quamuis enim reddat incommunicabilem alteri supposito, non tamen reddit incommunicabilem compartis; sed res quae possunt seorsim subsistere, si possint inter se coire ad vnum totum homogeneum cōstitutum, possunt in eo suas subsistentias retinere, ita ut ex illis constet quasi vna integra: v. g. aqua quae seorsim ab alia haberet subsistentiam, & quidem quae diceretur totalis, potest eandem retinere quando alteri coniungitur. quo casu subsistentiae accipiunt inter se coniungi, & vnam integram constare. & in hoc conueniunt varij.

61.  
Respond. 2.  
Subsistentia  
hominis est  
composita.  
S. Thom.  
Lorca.

Videtur 2. probabilius subsistentiam hominis non esse simplicem, sed componi ex subsistentia animae rationalis & materiae.

Et quidem Suppono 1. animam rationalem seorsim existentem habere subsistentiam; quod non existimo posse merito negari; & in terminis tradunt S. Th. 1. p. q. 75. art. 2. & Lorca disp. 29. nu. 4. & alij; & patet ex eo quod sit terminus creationis; creatio autè est subsistentium. 2. potest naturaliter

remanere sine coniunctione sui cum corpore, & potest operationes naturae suae conformes exercere.

Suppono etiam materiam saltem separatam, habere subsistentiam. quod patet ex discursu S. Tho. art. citato ad 1. ubi dicit, hoc aliquid potest accipi dupliciter: uno modo pro quocunque subsistente, alio modo pro subsistente completo in natura alicuius speciei. primo modo excludit inhaerentiam accidentis & formae materialis iuxta quem discursum debet dici materiam habere subsistentiam. Conf. materia etiam secundum S. Tho. non habet esse nisi per creationem.

Ex his argumentor, tam materia quam anima rationalis habent subsistentiam propriam; hanc autem non possunt dici amittere, eo quod inter se coniungantur; ergo minor patet, quia anima rationalis etiam coniuncta materiae nullo modo illi inest ut sustentanti, neque terminatur à materia; igitur iuxta discursum S. Tho. art. 2. ad 1. dicendum est illam coniunctam materiae retinere subsistentiam. Conf. S. Tho. art. illo 2. suam doctrinam non restringit ad animam separatam, sed videtur loqui de omni eius statu. simile argumentum fieri potest de materia.

Dices coniuncte dependent ab inuicem ut pars. Resp. talem dependentiam non repugnare subsistentiae, ut patet ex dictis; sed solam dependentiam quā aliquid dicitur inesse alteri tanquam sustentanti.

Dices singulae partes terminantur subsistentia suppositis; ergo non retinent propriam. Prob. conseq. repugnat rem in suo genere terminatam ulterius terminari.

Aliqui insinuant in homine dari subsistentiam aliquam totius praeter huiusmodi subsistentias partium; sed contrarium videtur probabilius, cum hec abunde sufficiant ad hoc ut suppositum dicatur subsistere, & possint dici completa subsistentia quatenus sunt subsistentia partium inter se vnitarum. vnde ad argumentum

Resp. neg. antec. si intelligatur de subsistentia aliqua vltiori illis superaddita, & determinante illas partiales subsistentias, sed dicuntur illa terminari quod partiales illae subsistentiae coeunt censentur conflare vnam totalem quae sit composita.

Ex dictis deduco quod in homine subsistentia componatur ex partibus quasi essentialibus.

Videtur 3. probabilius quod alia supposita non habeant subsistentiam hoc modo compositam, quia formae materiales non habent propriam subsistentiam, cum insint materiae tanquam sustentanti. vnde ulterius videtur dicendum, quod in illis inueniatur sola subsistentia materiae: ostendimus enim materiam etiam in composito retinere suam subsistentiam, cum nulli insit tanquam sustentanti, quae proinde sufficiat ut suppositum dicatur subsistere; & alia quae sit immediatè totius suppositi non possit ita commodè assignari, cum non possit conuenire supposito, quin eius partes afficiat; si afficiat formam, reddit illam independentem à materia ut subiecto, quod naturaliter repugnat formae materiali.

Dices supposita debent habere subsistentiam perfectam.

Resp. non requiri, sed sufficere si per illam subsistant in natura perfecta, scilicet materia & forma, quod fit etiam secundum hanc sententiam, quia ratione subsistentiae materiae totum compositum subsistit.

Restat ut respondeamus ad argumenta dubio superiori facta pro sententia Scoti.

Prob. resp.  
Tam mate-  
ria quam  
anima ra-  
tion. habet  
subsistentia  
propriam.

Obiectio.  
Diluitur.

Obiectio  
altera.

62.  
Non datur  
subsisten-  
tia totius  
alia à sub-  
sistentijs  
partium.

Resp.

Coroll.  
63.

Resp. 3. ad  
quæst.  
In supposi-  
tis purè  
materiali-  
bus solain-  
uenitur  
subsistentia  
materiae.

Obiectio.

Resp.

64.

Ad 1.

Ad 1. Resp. concedo maiore, negando minore eiusque probationem ad qua dico, quod modus constitutus rem terminatam sit inassumptibilis, & ad Dam. dico eum loqui de natura, quali dicat: natura quae non est assumpta non est curata, non vero loqui de modo constituto supposito, quia proprie non debet illi adhiberi remedium, sed naturae quae deficere potuit, & reipsa peccauit, seu, peccauit suppositum per naturam, quae fuit principium quo malorum operationum.

Ad 2. Resp. naturam humanam in Christo eandem quidem aliquam perfectionem quam nata esset recipere, si non esset in Verbo; id tamen abunde suppleri per Verbi personalitatem, per quam euehitur ad esse infinite nobilior; & proinde non est violentum in Verbo, ut diximus petitione 5.

Ad aliud in eodem argumento positum Resp. secundum naturalem rei exigentiam naturam humanam postulare nouum modum si dimitteretur a Verbo; de potentia tamen absoluta posse remanere absque omni subsistentia, ut dictum est petitione 4. quo casu non esset persona.

Per hoc respondere potest ad 3.

Ad id quod additur Resp. illud positum, quod ratio subsistentiae superaddit naturae esse modum substantialem ad genus substantiae reductum pertinentem, non tamen esse materiam vel formam.

Ad argumenta pro eadem sententia posita in priori conclusione eiusdem dubij. Respondeo ex mysterio incarnationis colligi non aequè commodè praestari vel explicari per duplicem negationem rationem personalitatis quam per positum, ad probationem antecedentis resp. posse quidem intelligi esse non in alio negativo, non tamen esse personam vel subsistentem, sed esse in statu violento, quia eo ipso non videtur habere naturale complementum; quod a posteriori probabilius colligitur ex mysterio Incarnationis.

Ad 1. confirmationem Resp. non requiri positum ut natura quomodocumque censeatur terminata, sed ut modo conuenienti & magis connaturali conditioni substantiae.

Ad 2. confirmationem dico modum existendi per se accidentis nullam ei adferre perfectionem, quam tamen adfert modus existendi per se substantiae; unde ex eo quod accidens possit existere per se sine illo positio superaddito, non sequitur subsistentiam per quam substantia per se existit nihil ei superaddere, cum huiusmodi substantia sit magna perfectio substantiae conformiter naturae suae ei debita, per quam perfecte terminatur in suo genere, quae aptius praestantur per aliquid positum naturae superadditum.

#### DUBIUM IV.

*Virum naturam humanam manens  
in propria persona potuerit  
assumi?*

Secundum sententiam Scoti, facilis est resolutio huius dubij, cum nullo modo fieri possit ut una & eadem natura non replicata in se alteri, & non in se, sed per se terminetur.

In communi sententia, quae subsistentiam constituit in positio etiam communiter negatur, ubi Notandum non intelligi quod natura quae fuit personata nullo modo possit assumi, perendo scilicet propriam personalitatem, nam constat id fieri

posse, cum in intrinseco instanti assumptionis natura non retineat modum per se existendi. Quatio ergo est de natura modum illum intrinsecum retinente, an scilicet possit substantialiter Verbo vniri, ad quam quaestionem constanter

Respondetur non posse. Prob. 1. ex Concilijs & Patribus, qui ex eo concludunt naturam in Christo non retinuisse propriam personalitatem, eo quod illa fuerit a Verbo assumpta, & concludunt vnicam in Christo fuisse personam; unde tacite docent mysterium Incarnationis non potuisse constare si natura humana propriam retinisset personalitatem; ergo iuxta sensum Conciliorum & Patrum impossibile est naturam personatam assumi, aliis huiusmodi collectio Patrum nulla esset.

Dices Patres nolle id omnino repugnare, sed non ita esse consentaneum naturis rerum, & optimè colligere, natura humana subsistit in Christo personalitate Verbi; ergo non retinet propriam; quia nimirum naturaliter substantia creata non postulat duas personalitates, & specialiter propriam & alienam, ita inquam optimè possunt colligere, siue sit impossibile naturam retinentem propriam personalitatem posse assumi, siue non; quamuis enim assumi posset, non deberet ita fieri secundum naturalem rerum exigentiam; ergo per nouum miraculum propria personalitas deberet remanere in natura assumpta, quod miraculum non est asserendum, utpote non necessariò coniunctum cum Incarnationis mysterio.

Confirm. 1. Patres non videntur indifferenter colligere naturam humanam in Christo caruisse propria subsistentia, quia assumpta est a Verbo; sed quia ex scriptura constat Christum simul fuisse Deum & hominem, & in eo Deum pro nobis passum, mortuum, resurrexisse, hominem remisisse peccata authoritati, quae nequaquam dici possent nisi idem esset suppositum Dei & hominis. unde docent contra Nestorium in Christo inueniri diuinum suppositum, quo subsistit natura humana, & non esse aliam personalitatem, quibus non obstantibus posset natura retinens personalitatem alteri vniri sine communicatione idiomaticum inter supposita propter eorundem diuersitatem.

Confirm. 2. non tantum de fide est vnicam in Christo esse personam, & naturam humanam in eo reipsa caruisse propria subsistentia, sed etiam non potuisse eam retinere si consideretur modus quo assumpta est, & considerentur ea quae vnicam hypostaticam sunt consecuta; atqui nullus videtur docere esse de fide quod natura personata non possit assumi, ergo signum est quod collectio Patrum non nitatur illo principio, quod scilicet sit impossibile naturam personatam assumi.

Resp. ad argumentum Patres veli repugnare naturam assumptam retinere propriam personalitatem, & non tantum id esse minus consentaneum naturis rerum; si enim fieri posset, nulla esset collectio, cum tota ratio huius mysterij sumi debeat ex omnipotentia Dei, & non ex naturali rerum conditione. Confirm. etiam naturaliter fieri nequit ut natura ad aliam subsistentiam trahatur, quo tamen non obstante mysterium incarnationis est & dicitur possibile, si ergo Patres colligant humanitatem caruisse propria subsistentia in Christo eo quod esset in persona Verbi, volunt nullo modo fieri posse ut natura assumpta propriam retineat personalitatem.

Ad 1. confirm. Resp. Patres quidem colligere

67.

Resolutio  
Auctoris  
negatiua.  
Prob. 1.  
Ex Conc.  
& PP.

Impugna-  
tur ratio  
allata.

Confirm. 1.

Confirm. 2.

68.

Impugna-  
tio refelli-  
tur.

Refellitur  
& prima  
conclusio.

F 2

vnicam

unicam in Christo esse personam ex eo quod in scriptura ea quae sunt Dei tribuuntur homini, & contra, quod manifestè arguit naturam in illo subsistisse per diuinum suppositum, & inde arguunt caruisse proprio, quia alias non fuisset communicatio idiomatum: dico tamen inde aptè colligi in omni vnione hypostatica affectiones singularum naturarum tribui personae in qua vniuntur, & proinde non posse naturam assumptam retinere propriam personalitatem, cum inter supposita non intercedat communicatio idiomatum.

Refellitur  
secunda.

69.

Prob. secundò conclusio.  
Propria personalitas est vltimus terminus rei.  
Prob. tertiò

Ad 2. confirmationem Resp. non esse de fide quod natura personata non possit assumi propter modum explicandi Patres in obiectione positum, qui licet nullo modo videatur probabilis, & repugnet communi sensui Doctorum, non tamen videtur haereticus, sed videtur saluà fide posse sustineri.

Prob. 2. conclusio. propria personalitas constituit rem per se subsistentem, estque vltimus terminus substantialis rei; per assumptionem autem res constituitur in alio, & vltius terminatur termino alieno in eodem genere; hæc autem planè inter se repugnant; ergo repugnat rem simul his duobus modis se habere.

Prob. 3. si natura personata possit assumi, sequeretur ipsam personalitatem assumi posse saltem mediare; quod omnino repugnat, cum repugnet id quo aliquid terminatur & constituitur per se subsistens assumi & vltius terminari. sequela vero prob. natura non potest assumi quin assumatur modi illius, ut satis constat ex philosophia.

70.

Tacita obiectione soluitur.  
Potest natura scilicet poni per se, & scilicet in alio: non tamen simul per se & in alio.  
Petitio.

71.

Resp.  
Nisi natura replicetur.

Nec dictis obstat quod eadem natura possit scilicet poni per se, ut patet in natura diuina, possit etiam scilicet poni in alio, ut supra cum S. Thom. ostendimus, tradentes quod eadem natura possit à pluribus personis assumi, id, inquam, non obstat, quia illi modi se habendi nullam inter se inuoluunt repugnantiam, ut in superioribus ostendimus.

Petes an natura replicata non possit retentà personalitate propria secundum vnā replicationem eadem carere secundum aliam, & per consequens assumi? Resp. posse, neque inde sequi ea quae intulimus, nec aliam apparere repugnantiam; nam eo casu natura subiret rationem duarum naturarum, & ita tolleretur apprensus contradictio, ut patet in simili in corpore Christi, quod in caelo est extensum quoad locum, in Venerabili Eucharistia inextensum.

## ARTICVLVS IV.

*Virum Filius Dei debuerit assumere humanam naturam abstractam ab omnibus indiuiduis?*

Resp. neg.  
Damasc.

72.

Operatio-  
nes natura  
sic abstra-  
ctae non  
essent ca-  
paces me-  
riti.

RESPONDET negativè. quod probat argumento sed contra ex Dam. lib. 3. de fide cap. 11. 2. quia id est impossibile: nam natura humana abstracta ab indiuiduis non habet esse extra intellectum, & proinde non potest ita assumi. 3. etiam si haberet esse extra intellectum, non conueniret ita assumi; quia ita abstracta non est sensibilis; praeterea eius operationes, utpote vniuersales non essent capaces meriti.

## ARTICVLVS V.

*Virum Filius Dei naturam humanam assumere debuerit in omnibus indiuiduis.*

NEGAT id fuisse conueniens. quod probat 1. argumento sed contra ex Dam. lib. 3. de fide cap. 11. 2. eo casu omnes homines essent vna persona, quod est contra conditionem naturae humanae, quae postulat in singulis indiuiduis distincta supposita. 3. tolleretur dignitas Christi supra alios homines, non enim esset caput hominum, non esset meritis hominibus; unde etiam tolleretur conditio redemptoris.

Resp. neg.  
Damasc.

73.

## ARTICVLVS VI.

*Virum conueniens fuerit quod Filius Dei humanam naturam assumeret ex stirpe Adæ?*

AFFIRMAT. patet ex genealogia Christi Lucae 3. Tres adfert congruentias. 1. id pertinet ad quandam iusticiam, ut scilicet is satisfaceret qui peccauit, nimirum dum aliquis ex eius prosapia satisfactionem obtulit. 2. pertinet ad hominis dignitatem, dum victor nascitur ex eo genere quod à diabolo victum fuerat. 3. per id potentia Dei eluxit, dum de natura corrupta id assumpsit, quod in maximam dignitatem & virtutem est promotum.

Resp. affir.  
Luc. 3.

74.

## QUESTIO V.

*De modo vniōis ex parte partium.*

VARIIS materia huius questionis colligi possit tum ex questione 1. tum ex precedenti, nihilominus ad confutandos varios errores, qui circa illam versati fuerunt, S. Tho. peculiari tractat de vniōe partium humanae naturae.

## ARTICVLVS I.

*Virum Dei Filius debuerit assumere verum corpus?*

NOTANDUM varios haereticos sensisse Christum habuisse corpus imaginariū. ita sensit Marcion teste Tert. lib. de praescriptionibus aduersus haereticos cap. 51. & lib. de carne Christi cap. 1. idem senserunt Manichaei, ut refert Aug. li. de haeresibus, heresi 46. Priscillianistae ut refert S. Leo epist. 93. Verum de fide est Filium Dei verum corpus assumpsisse, quod docet S. Tho. Definuitur omnibus ijs locis, quibus definitur quod Christus fuerit verus homo, & quod Filius Dei naturam humanam assumpsit, cum ad veritatem hominis & naturae humanae requiratur verum corpus. videri possunt symbolum Apostolorum, Nicenum, Athanasij, Concilium Ephesinum, Chalcedonense, Lateranense sub

Error Marcionis Manichaei, Priscilliani.

2. De fide est Christum habuisse verum corpus. Prob. ex Symb. & Conc. Eph. Chalcedonense, Lateranense, Toletano, &c.

Inno-